

vel impar sunt incompossibilia inter se, & in una specie, vel in quibuslibet numeris, in tertio quidem imparitas est compo-
 sibilis si tertio auferatur imparitas, & ponitur incompossi-
 bilis cum tertio, necesse est paritas erit compo-
 sibilis in qualitate elementari simpliciter calorem & frigus sunt incom-
 possibilia inter se, & in uno subiecto elemento, si circa ignem est
 calor composibilis, & ex hypothesi est calor auferatur compossi-
 bilis ad ignem. statim frigus erit composibilis cum igne, ita in
 relativis causatum, & incausatum sunt incompossibilia, si cum
 Angelo ponitur composibilis vera ratio entis causati, & ex
 hypothesi auferatur a ratione causati composibilis cum An-
 gelo, tunc ponitur in ratione incausati incompossibilis cum
 Angelo; probat etiam ratione hanc maiorem, quia si ab aliquo
 remouetur composibilis ad speciem, ut v.g. a ratione impatis
 composibilis cum tertio, & relinquatur prior compossi-
 bilis ad genus, quod natura speciem precedit, ne illa potentia ad
 genus & fructu debet poni composibilis ad aliam speciem
 immediatam, cum genus nequeat esse extra speciem immediatam;
 tunc addit minorem; spiratio activa, & spiratio passiva sunt im-
 mediate incompossibiles inter se, & incompossibiles in una hypo-
 thesi, & ex rei veritate spiratio activa est composibilis cum
 Filio; ergo si ex hypothesi remouetur composibilis a spiratio,
 neactiva, ponitur composibilis ad Filium in spiratione passiva
 Scio (inquit) Ad versus dictos, quod Graeci negabant, spirationem
 activam esse composibilem cum Filio; sed nunc non disputo cum
 Theodoritis, disputo autem cum Catholicis, ut videatur
 videretur, quid ex rei veritate; quid ex hypothesi deducatur
 ex rationibus ex tremorum per locum demonstratur, vel diale-
 cticum; haec est tertia ratio Ferchii satis quidem prolixa, &
 sine ulla utilitate, ut jam patebit.

280 Respond. in primis maiorem cum suis probationibus ex indu-
 ctione, & ratione esse falsam absolute, & universali loquendo
 ut enim patet ex doctrina Arist. allata in precedenti solutione
 in contrariis immediatis, quorum alterum inest determinate in
 subiecto a natura non valet illi arguendi modus, quod si hoc
 inest reliquum, sed solum valet in contrariis immediatis, & circa
 eorumque suscepiibile, quorum utrumque contingerit inest,
 ut sunt in homine aggritudo, & sanitas, de quibus exemplificat
 Arist. illa vero incompossibilia, de quibus sit inductio in argu-
 mento, sunt primi generis, & ideo non bene deducitur, ignem
 fore frigidum ex hypothesi quod non esset calidus, & ternarium
 patrem ex eo, quod non esset impar, his enim a natura alterum
 inest determinate, non autem contingenter, & ideo non valet ar-
 guere, quod unum inest, si alterum non inest, a natura determi-
 natum; ideo autem ex hoc, quod Angelo repugnet ratio entis
 causati, statim convenit ratio entis incausati, quia causatum, &
 incausatum est modo loquendi ratio contradictorie opponi-
 tur, quam relative, in quibus non datur medium; potius ergo ex
 hypothesi, quod ternarius non sit impar, sequitur per locum ab
 intrinseco, quod amplius non sit ternarius, quam quod sit co-
 possibilis paritas, & sic de Angelo ex hypothesi, quod non sit
 causatus. Nec etiam utitur ratio, quia probat illam maiorem,
 quia par, & impar v.g. est passiva immediata numeri, ut sic, non
 quidem simplex, sed distincta, ac circumscripta tamen nobis
 unam passionem simplicem innotuam; unde ex hoc, quod
 remouetur a ratione impar composibilis cum tertio, non
 non ob id remouetur a numero, ut sic, nec ob id ponitur com-
 possibilis ei paritas, quia esse par, vel impar est passio di-
 stincta conveniens numero, ut supponit simpliciter, non autem
 absolute, vel personaliter, etenim ternarius non est necessario
 par, vel impar, sed necessario impar, sicut binarius par, & ideo
 non sequitur, quod si ex hypothesi ternarius non sit impar,
 debeat esse par, sed bene est contra quod si non sit par, est necessario
 impar, quia hanc funt illis incompossibilibus primi generis,
 quorum alterum necessario inest a natura, & ideo non valet ar-
 guere, quod si non inest ex hypothesi illud ad quod a natura de-
 terminatum est subiectum, debeat necessario inesse aliud; Si ta-
 men ut remanet factus arguenti, non minus absolute negare
 maiorem, potest glossari ex regula Scoti quod. 13. si sit aliquid
 incompossibile, ubi multae concurrant rationes incompossibili-
 tatis, aliqua illarum deficiente, non propterea, quod remouet,
 dicitur simpliciter composibile; quare ut illa ratio verificetur,
 non sufficit, quod auferatur ab illo tertio in parte incompossi-
 bilis, sed debent omnes tolli; hoc autem in proposito non con-
 tingit ex hypothesi, ut bene notat Gavatt. loc. cit. quia def. actio,
 & re vera in Filio duo sunt rationes, incompossibilitatis cu
 spiratione passiva, nempe spiratio activa, & generatio passiva,
 non enim solum impossibile est idem spirare, & spirari, sed etiam ge-
 nerari, & spirari, ut supra probatum est, ex hypothesi autem nostra
 tollitur prima ratio incompossibilitatis, non secunda.

281 Sed ut rem adhibe magis gratia factam arguenti, non solum
 ad modum maiorem potest quae salte habet aliquid veritatis speci-
 mens, & in quibusdam incompossibilibus immediatis vera verifi-
 ficatur, sed etiam ad modum totum primi dicitur, & addo tamen

ut dixi ad primam; totum illud dicitur supponere unum
 falsum, quod scilicet ex hypothesi remouetur composibilis a
 spiratione activa cum filio, ex quo deducitur, ponitur compossi-
 bilis ad filium in spiratione passiva; etenim ut sapie diximus, ex
 vi hypothesi a spiratione activa remouetur actualis composio
 ut dicam, cum Filio non autem composibilis, etenim ar. 1. late
 probatum est, ex hypothesi non variari per locum intrinsecum,
 & demonstrativum rationem formalem divinum productionum,
 & hoc sufficit pro solutione argumenti abscq; ulla altera-
 tione illius maioris; unde frivola est excusatio, quae addit, quod
 non disputat cum Graecis, sed cum Catholicis; quia si Graeci
 negant spirationem activam esse composibilem cum Filio, Catho-
 licis, cu quibus disputat, ex hypothesi non faciunt eam incompossi-
 bilem, quia ex hypothesi sequitur tarum, quod activa spiratio
 non actu conveniat filio, non autem, quod rei repugnet; Quamvis
 autem non disputat cum Graecis, sed cum Catholicis, hanc tamen disputat
 ab initio Ferch. suscipit contra Scoti, ut ostendat argumentum
 Thomasti contra Graec. quod si Sp. S. non procederet a Filio,
 non distingueretur ab eo, sed esset una, & eadem persona, effect
 valiam ad convincendum Graec. ergo non bene probatur illa
 consequentia per hoc tertium argumentum ad eorum Graec. debeat
 convinci, quia Graeci negabant maiorem, quod secundam partem
 tem, scilicet quod spiratio activa sit composibilis cu Filio, quia
 est id afferant de facto, & non aliqua hypothesi impossibilis, ut nos
 Catholicis, si eam agnoscerent composibilem cum Filio, pone-
 rent utiq; illi de facto convenire, quia nulla facta hypothesi im-
 possibilium divinis idem est esse, & posse.

282 Quarto, relatio filiationis, & relatio spirationis constituentis
 Sp. S. sunt priores originibus, scilicet generatione passiva, & pas-
 siva spiratione; ergo licet illae duae origines passivae sint incom-
 possibiles, & propter hoc Filium, & Sp. S. non possint esse una per-
 sona, tamen non est contradictio, quod relationes prioris Filii, &
 Sp. S. sint simul in eadem hypostasi propter contradictionem in
 posterioribus, quam ob rem sublati ratione originis passivae duplicis
 & retenta ratione prioris duplicis relationis, duae illae relationes
 poterunt sine contradictione esse in eodem, nisi ex rationibus
 ipsis prioribus includatur contradictio, hanc autem non includi
 in duabus dictis relationibus, probat, ex simili modo arguendi
 Scot. quod. 19. C. si filiationis, aut filio repugnet ratio spirati, aut
 hoc est, quia relatio, aut quia relatio divina, aut quia hae relatio
 non primam, quia sic omni relationi omnis relatio, ut relatio est
 set repugnans; non secundum, quia sic omni relationi divina esset
 repugnans omni divinitate relationi non tertium, quia cum dicitur
 hae relatio filiationis, & illa relatio spirationis, vel per ista pro-
 nomina hae, & illa demonstratur ipsa ratio relationis, vel ratio
 relationis, quae est filiationis, & spirationis sit primo modo dicitur, ar-
 guto haecitas non variat rationem formalem illius, quod de-
 terminat, neque ponit incompossibilitatem inter unum singu-
 lare, & aliud determinatum; ergo propter singularitatem addi-
 tam relationi, & relationi, istae duae relationes non repugnant; si
 dicatur secundo modo, non propter hoc ponitur repugnantia,
 sicut enim per demonstrationem positam in generatione activa,
 & spiratione activa non ponitur repugnantia; si neq; propter
 demonstrationem eandem erit repugnantia in generatione acti-
 va, & spiratione passiva, acceptis non pro originibus, sed pro relati-
 one.

Resp. optime Gavatt. antecedens verificari tantum secundum
 nostrum modum intelligendi, alioquin a parte rei eadem omni-
 no relatio est paternitas, & generatio passiva, relatio spirationis,
 & spiratio passiva; docet Scot. quod. 4. ubi praefertim lit. P. in-
 quit, quod in Deo omnino eadem relatio realis est generativitas,
 generatio, paternitas quando autem inquit ex Scot. doc. quod. 2.
 non esse contradictio in priori propter contradictionem in
 posteriori, hoc verum est de priori, & posteriori secundum rem,
 sed ex natura rei, & non praecise per nostrum modum intelligen-
 di; repugnantia namque convenit rei ex natura sua, & non per
 conceptionem nostram itaque dico, filiationem, & spirationem
 passivam ex suis rationibus formalibus incompossibiles esse in
 eodem, quod scilicet relationis originis oppositae, praefertim vero
 spiratio activa, & passiva sint omnino adaequatae in suis ratio-
 nibus formalibus, spiratio activa est communis Patri, & Filio, &
 nulli eorum constituit in suo esse personali, sed illis in tali esse iam
 constituit advenit, spiratio vero passiva est Sp. S. propria, eumque
 in esse personali, ac incommunicabili constituit, quomodo er-
 go esse possunt in suis rationibus formalibus adaequatae, quod si
 in alio sensu hanc adaequationem arguens intellexit, illam me-
 lius exprimere debebat, nos quoque arguem percipere possemus.

283 Quinto, arguit n. 65. licet per modum confirmationis argu-
 menti praecedentis, & contra nostrum fundamentum probare co-
 tendit, magis esse composibilis in eodem esse adve-
 nit supposito
 plures causationes passivas, quam activas, in uno enim causato
 possunt esse simul plures relationes causati ad plures causas di-
 versae rationis, ut unus homo habet relationem causati ad suam
 materiam, & ad suam formam, sed una materia signata non potest
 simul habere relationem causati ad duos homines causatos er-
 go in creaturas relationes magis sunt simul composibiles ad
 duas causas, quam sint composibiles ad duas relationes causantis
 in

in causa; idem ostendit de Filio respectu Patris, & Matris; ergo
 quantum valet a creaturis ad divina arguere, multo minus
 repugnantiam habebunt relatio genitricis, & spirati in eodem suppo-
 sito, quam relatio generantis, & spirantis. Conf. quia si di-
 cte relationes sunt incompossibiles vel hoc habent, vel ut relatio-
 nes oppositae, vel ut disparate, non primum, quia filiatione op-
 ponitur paternitati, non spirationi, non secundum, quia tunc
 omnes relationes disparate essent incompossibiles, atque ita Pa-
 ter, & Spiritus non non essent una persona; quod est argu-
 mentum commune ad verificationem positum n. 275.

Resp. ad argumentum eodem probat, pluraque vellet arguere
 nepe quantum valet a creatis ad divina arguere, etiam de facto in
 divinis relatione genitricis, & spirati in eodem supposito reperiri, no
 autem relationes generantis, & spiranti; argumentum tamen non est
 ad res quia Doctor sequitur de causalitatibus, & productionibus
 passivis totalibus, & adaequatis, & aliis non posse produci du-
 pliciter productione totali, & adaequata causalitatis autem materiae,
 & forme in eodem respectu Patris, & Matris respectu Filii sunt particu-
 lesur coflat, quavis autem idem producti possit a pluribus causis
 partialibus, & inadaequatis, tamen producti nequit a pluribus adae-
 quatis, & totalibus, neque pluribus huiusmodi productionibus,
 & loquendo de istis falsi est, magis esse composibilis in eodem
 supposito plures causationes passivas, quam activas, quia eundem
 effectum totaliter pederet posse a pluribus causis totalibus esse
 generis, & ordinis falsi naturaliter negat omnes, & Scotus id ne-
 gat, etiam si per se naturaliter esse possibile, ad idem, si suppositum
 fidere posse plures productiones totales ad plures effectus ter-
 minatas concedunt omnes, & negari non potest, quia videmus,
 Solem simul, & semel producere lumen, & calorem in his inferi-
 oribus, qui sunt effectus realiter distincti, ac eadem virtute
 indivisibili, Ad Conf. satis constat ex dictis supra.

284 Sexto, quando in aliqua hypostasi sunt duae rationes incom-
 possibilitatis alteram hypostasi, quarum rationum unum incom-
 possibilitatis altera est certissima, & patet altera latens, tunc si au-
 feratur illa notissima, & certissima, videtur etiam auferri ratio la-
 tens, nunc autem Filium duas habet rationes incompossibilitatis
 ad Sp. S. prima est spiratio activa, quae est notissima, sicut notissi-
 mum est, non esse idem suppositum produens, & productum;
 altera ratio latens est disparata (ut praetenditur) quae in copos-
 sibilitate a communi sententia Doctorum non agnoscitur inter
 relatione filiationis, & spirationis, ergo cum ex hypothesi au-
 feratur ratio incompossibilitatis prima, certa, & notissima, dici
 debet auferri alteram quoque minus certam. Deinde arguit n. 60.
 spiratio activa, est adaequata ratio repugnantia spirationis pas-
 siva ad Filium; ergo rejecta a Filio, spiratione activa rejecta est
 ratio adaequata repugnantia spirationis passivae ad Filium, quare
 spiratio passiva non amplius repugnat Filio; probatur assum-
 ptum, relationis originis filii directe oppositae sunt adaequatae in
 essendo secundum suas rationes formales, maxime vero in divi-
 nis adaequatur origo activa originis passivae oppositae in ratio-
 nibus suis formalibus, ergo, & in per se consequentibus rationes
 formales; igitur adaequata ratio repugnantia ad spirationem
 passivam est spiratio activa, & e contra.

Resp. negando maiorem, nam priusae rerum differentiae plu-
 rumque sunt ignota, & latentes, quas proinde circum scribimus
 per passiones posteriores, & nobis manifestiores, sic manifestior
 est, & notior subtilitas in homine, quam rationalitas, & dicitur
 nobis homini repugnare rugilitatem propter subtilitatem, tan-
 quam per rationem repugnante manifestiore, ac etiam per
 rationalitatem, tanquam per causam priorem, & minus patentem,
 & tunc si auferatur, aut praescindatur ab homine ratio repugna-
 tia magis nota, non sequitur per locum latet in se, quod etiam
 ratio prioris, & minus potens debeat auferri; negatur deinde mi-
 noris, quod ultima partem, quod incompossibilitatis relationum
 filiationis, & relationis passivae a meliori parte Doctorum non
 agnoscat, agnitio enim fuit, Sanctis Patribus, & Conciliis, ut
 constat ex dictis ar. Ad aliud negatur assumptum cu eius proba-
 tiones, quod scilicet relationis originis oppositae, praefertim vero
 spiratio activa, & passiva sint omnino adaequatae in suis ratio-
 nibus formalibus, spiratio activa est communis Patri, & Filio, &
 nulli eorum constituit in suo esse personali, sed illis in tali esse iam
 constituit advenit, spiratio vero passiva est Sp. S. propria, eumque
 in esse personali, ac incommunicabili constituit, quomodo er-
 go esse possunt in suis rationibus formalibus adaequatae, quod si
 in alio sensu hanc adaequationem arguens intellexit, illam me-
 lius exprimere debebat, nos quoque arguem percipere possemus.

285 Septimo, omnis ratio repugnantia, vel non repugnantiae com-
 possibilitatis, vel in coposibilitatis est primo ex rationibus for-
 malibus extremorum comparatorum praefertim omni alio respectu
 affirmativo, vel negativo ad quodcumque aliud ex Scot. p. 4. q. 1.
 1. sed accipiendo rationes formales generationis passivae, & spi-
 rationis passivae non apparet ex eis aliqua ratio incompossi-
 bilis, & repugnantia, ergo & prob. min. generatio est produ-
 ctio viventis a vivente similis in natura per modum naturae, spi-
 ratio est productio viventis a vivente similis in natura per mo-
 dum libertatis, in his definitionibus nil videtur repugnare alteri
 imo sunt ejusdem rationis, exceptis duabus ultimis conditioni-
 bus, qui sunt modus naturae, & modus libertatis; sed hi duo
 modi agendi ex parte principiorum originalium non repugnant
 ita ut non possint esse in eodem hypostasi realiter, nam in Patre
 est utrumque principium naturale, & liberum; Neque etiam repug-
 nant ex parte termini formalis, quoniam eadem essentia reali-
 ter, & formaliter terminat utramque productionem naturalem,
 & liberam. Neque apparet repugnantia ex parte productionum
 activarum, quae ambo ponuntur in Patre. Neque tandem ex
 parte passivarum, in quantum sunt per modum naturae, & lib-
 bertatis, quia licet ratio naturalitatis, & ratio libertatis videan-
 tur habere aliquam repugnantiam ad esse in eodem principio;
 Quo, tamen actus secundus, qui sunt productiones activae, aut
 passivae sunt mere naturales, id est, nullam formalem liberta-
 tem in se habent, ut Scot. advertit p. d. 7. q. 1.

286 Resp. negando maiorem, sicut enim simpliciter repugnat ad
 principium formale, ut Quae esse liberum, & naturalem produ-
 ctionem igitur ex dictis q. praec. spiratio est productio per princi-
 pium liberum, generatio autem fit productio per principium
 naturalem, modo ibidem explicato, repugnat omnino idem suppo-
 situm generari, & produci, & quavis hi duo modi ex parte princi-
 piorum originalium non repugnant, & possint esse in eodem
 supposito producentes, hinc tamen non recte deducitur, quod
 patet neque repugnet ex parte termini producti, vel ex parte
 productionum passivarum ut ostensum est supra at praeced.
 in quarta ratione n. 257, & ratio est, quia, ut docet Doctor p.
 d. 13. non est tanta distinctio, nec tanta incompossibilitas in
 principii, quanta est in principiatibus, atque ideo non sequitur
 intellectus, & voluntas in divinis non distinguuntur realiter;
 ergo nec per se per eas productae realiter distinguuntur, unde
 scit D. Bon. p. 7. dub. 4. ex diversis productionibus passivis, &
 totalibus alterius rationis deducit distinctionem personarum
 per eas productarum; & omnino falsum est, productiones illas
 tam activas, quam passivas, ut habent rationem actus secundus,
 esse mere naturales, nam, & ipse arguens n. 71. in illa parte post
 argumentum factum, productionem passivam ab intellectu
 orientem vocat, naturalem, & alteram vero, quae fit per volunta-
 tem liberam vocat, neque in sensu ab arguente intento Doctor
 loc. cit. aut alibi productionem factam per voluntatem, ut
 principio, quo naturalem vocavit, sed tantum in sensu ab
 ipsemet declarato p. d. 13. quaest. 2. G.

287 Hanc autem solutionem ex principiis Scoti obviam praes-
 nit arguens n. 71. si respondetur, inquit, repugnat duas produ-
 ctiones passivas ex ratione productionis primae, sufficientis tota-
 lis, & adaequatae, & perfecte, quare altera substracta nihilominus
 idem productum esset, hancque sic impugnat, si aliquid sit
 bis productum adaequate productione ejusdem rationis, tunc
 utique una productio esset superflua, & altera detracta, nec ni-
 hilominus esset, si autem aliquid est productum secundum produ-
 ctiones diversae rationis, quare una sit prima, & constitutiva in
 esse primo, altera constitutiva in esse secundo, atque adeo secun-
 da, profecto substracta prima auferatur totum, ac substracta secun-
 da, non auferatur nisi, quod inerat per secundam: exemplum,
 Pater constituitur in esse secundo, & primo per produ-
 ctionem naturalem activam, per productionem vero liberam
 constituitur in esse secundo; sic non erit absurdum in produ-
 ctione, ut per unam productionem passivam naturalem constituat-
 tur in esse primo persona; per secundam productionem passivam
 liberam constituatur in esse secundo, nam productio passiva
 variatur secundum modum alium habendi naturam, & sub-
 stracta prima productio passiva auferatur totum; substracta
 secunda minime, sed auferetur totum esse spirati; Illud addo,
 quod dicuntur productiones passivae esse perfectae, sed minus
 verum est propterea quod productiones passivae, aut activae non
 dicuntur perfectionem, neque imperfectionem secundum Seta-
 phicum, & Subtilem: Item illud, quo dicuntur productiones
 esse totales, est caute intelligendum, quoniam persona consti-
 tuitur ex absoluto essentiali, & ex productione, qua generatio
 passiva constituitur Filium, quam ob rem productio passiva
 potius habet rationem partialis, vel quae partialis constitu-
 tur, quam totalis, quoniam eandem censuram elato superfluo
 rursus repetit eadem q. 6. c. n. 98.

288 Haec tamen impugnatio solutionis datam non infringit, quia
 sicut generatio activa, & spiratio activa sicut productiones totales,
 & complete in divinis, quibus corresponsent termini totales,
 & per se substantes, nepe Filius, & Sp. S. ita e contra se habent
 generatio passiva, & spiratio passiva, etiam data hypothesi, quod
 sint productiones totales, & adaequatae, quibus distinctae perso-
 nae substantes distinctae accipiuntur esse personae, & prima-
 riam, unde eorum terminus est, quod ait Ferchius cum quibus-
 dam Thomasti, quod data hypothesi, spiratio passiva consti-
 tuetur Filium in esse secundario, accidentaliter, & adventitio, ut
 modo

modo spiratio activa constituit Patrem, & Filium in esse spirato-
ris, quod fuisse reici supra n. 261. Quod autem Ferchius modum
etiam loquendi Scoti, & Scotistarum reprehendat, quod genera-
tionem, & spirationem passivas appellaverit productiones
perfectas, & totales, idem est, quia plurimum Scoti non intellexit,
aut intelligere noluisset; non enim eas appellavit perfectas, quia
dicant perfectionem secundum suas rationes formales, sed quatenus
ambae sunt completae, & sufficientes, ut per eas singulas
singulae personae ponantur in esse, ut ex verbis ipsius Scoti
in hac quaest. lit. D. & in eodem sensu vocat eas productiones
totales, non quia ex sola generatione passiva constituitur Filius
nam etiam concurret essentia, sed quia generatio passiva est
unica, & adaequata origo, quia Filius ponitur in esse, nec per aliam
originem partialiter accipit esse; Potius ergo Ferchius hic esse
caute legendus, ut Gavatus adverte, dum dicit ex eo, quod Filius
ex absoluto essentiali, & generatione passiva constituitur,
generationem non esse productionem totalem, non distinguens
inter productionem personae, & constitutum formale eius;
quem modum loquendi inest inprimis, & valde incongruum,
atque idem ab obliuendo, j. m. dixi nu. 260.

289 Postremo in fine capituli arguitur per propositionem toties
ab eo inculcatam, & repetitam, ut usum incompossibilem
reputat, alterum necessarium inest, sed spiratio activa, & passiva
sunt incompossibiles in eodem, & unum istorum incompossibilem
ex hypothesi necessarium reputat ipsi Filio, scilicet spiratio
activa, ergo alterum incompossibile, quod est spiratio pas-
siva necessaria inest Filio; quare stante hypothesi Filius esse eadem
personam, majorem auct. Scoto, & Scotis recipi, eam namque
Scotus non negat quol. 16. lit. E. & Licher, probat, quia si negatio
necessaria reputat, affirmatio opposita necessaria inest, si enim
reputat nec esse, homini, non animal, necessario animal inest homini,
& idem bene dicit, quod si non necessarium reputat,
alterum necessarium inest, Resp. jam supra dictum esse nu. 278. in fine, propositionem illam ut fit, velle debere intelligi
de incompossibilitate inmetiatis, & in ordine ad proprium
suscipiendum, atque quod unum istorum inderminatum necesse
satis debeat proprio suscipi inest, sicut se habent duae differ-
entiae in eodem genere immediate convenientes, & subiectum in
ordine ad contraria, immediata, quorum est indifferenter susce-
ptivum, sic autem non se habent activa, & passiva spiratio respec-
tu Filii, ut ibi explicatur esse; & quod ea propositio sic in-
telligi debeat, exinde patet, quia si essent absolute vera, ut so-
nat, possemus ita arguere, ut notat Gavatus, ut unum incompos-
sibilem reputat, alterum necessarium inest, sed rationalitas, &
ruginitas sunt in eodem incompossibiles, & ruginitas repu-
gnat equo, ergo ei necessarium inest rationalitas; non valet, quia
rationalitas, ruginitas non sunt immediate incompossibilia,
sunt oppositae inter se non repugnant, sed dispartatae. Item suppo-
sita illa majori possemus arguere, sed generatio activa, & passiva
sunt incompossibiles in eodem, & generatio passiva reputat
Sp. S. ergo activa illi necessaria inest; nota quia Sp. S. non est
proprius suscipibile generatio activa, nec passiva; probatio
illa Licher bene procedit, quia loquitur de repugnantibus
contradictorie per modum affirmationis, & negationis, at hic
sermo est de incompossibilitate positive; Deinde quando etiam
concederet hanc major, & universiter vera, adhuc negatur
minor quoad secundam partem ex dictis nu. 281. quod scilicet
ex hypothesi ponatur activa spiratio reputatur Filio, aliud enim
est, unum non convenire alteri, aliud autem, si necessarium repu-
gnare, ex hypothesi, quod Sp. S. non procedat a Filio, ponitur
tantum spiratio activa non convenire Filio, non autem quod
ei repugnat, & sic incompossibiles.

ARTICULUS NONUS.

Reliquae Objectiones expediuntur.

290 Prosequitur Ferchius adhuc medium desumptum ex com-
possibilitate relationum disparatarum e. 7. nu. 74. & Primo
arguit, si spiratio passiva est incompossibilis in Filio in hypo-
thesi, hoc est, aut quia spiratio, aut quia passiva est; non quia
passiva nam quae secundum aliquam rationem conveniunt, secundum
illam non repugnat, sed generatio passiva, & spiratio passiva
conveniunt in ratione passivi; ergo ex ratione passivi non
repugnant, neque sint incompossibiles; non primum, quia
in Patre sunt generatio activa, & spiratio activa, ergo spiratio, ut
sic, & generatio, ut sic non repugnant. Resp. Scotum in 4. d. 12.
q. 1. m. simile argumentum solvere, quo probatur, posse esse per
potentiam Dei absolutam relationem sine subiecto, sicut acci-
dens absolute; vel enim hoc ei repugnat, quatenus accidens,
& hoc non, quia accidens absolute potest esse sine subiecto,
vel quatenus relatio; & hoc non, quia relationes divinae fun-
dantur in se, & respondet Doctor argumentum, procedere ex in-
sufficiencia divisionis, siquidem hoc ei repugnat, quatenus rela-

tio creata; ita ergo in proposito, spiratio passiva est incompos-
sibilis cum Filio, & generatio passiva, non quatenus spiratio
prae se nec quatenus passiva praese, sed quatenus spiratio pas-
siva est, quia sic est entitas hypostatica, & incommunicabilis;
Deinde male arguitur ex convenientia inter aliqua duo, arguit
eorum compossibilitatem, & ex diversitate incompossibilitatem;
quia ut notat Doctor 1. d. 7. quicq. ad argumenta igitur,
minus conveniunt homo, & alium, quam album, & nigrum, &
tamen illa sunt magis compossibilia, quam illa; ideoque non
valet illa consequentia, generatio passiva, & spiratio passiva
conveniunt in ratione passivi; ergo ex ratione passivi non repu-
gnant, neque sunt incompossibiles; ut etiam notavit Gavatus l. c.

Secundo, sicut oppositum in opposito, ita propositum in pro-
posito ex 4. Top. loc. 46. sed generatio activa, & generatio pas-
siva sunt oppositae, si similiter, & spiratio activa, & passiva, & ex
hypothesi spiratio activa incommunicabilis est compossibilis
cum generatione activa communicabili in eadem hypostasi; er-
go, & spiratio passiva incommunicabilis cum generatione pas-
siva incommunicabili erit compossibilis in eadem hypostasi,
sed posse, & esse ad intra in Deo sunt idem; ergo data hypothesi
spiratio passiva, & generatio passiva eadem in eadem hypostasi
Filii. Quod si dicas, argumentum non valere, alioquin etiam
sic argui posset secundum veritatem, & de facto, spiratio activa
est compossibilis cum Paternitate, ergo, & spiratio passiva erit
compossibilis cum Filiatione. Occurrit, quod stante rei veri-
tate non valet argumentum, quoniam regula, quod non est vera,
quando duo membra unius oppositionis stant cum uno me-
bro alterius oppositionis; sic in rei veritate Paternitas, & Filia-
tio stant cum spiratione activa, sed ex hypothesi spiratio activa
redditur incommunicabilis Filiationi, & compossibilis cum sola
generatione activa; quando autem extrema unius oppositionis
sunt formaliter diversa ab extrema alterius, ita duo non con-
tineantur sub uno tunc regula Topica est vera. Resp. optime
Gavatus, argumentum concludere oppositum, illa enim regula
Topica significat, quod sic oppositum est causa oppositi, ita
propositum est causa propositi, ut explicat Ferchius ipse ex-
plo virtutis, & vitii, amoris, & odii, quae opponuntur, & ideo si-
cut amor est virtus, ita odium erit vitium, sic igitur in re nostra
quia generatio, & spiratio activa ex una parte, si similiter spiratio
& generatio passiva ex altera opponuntur, ac pariter compossibili-
tas, & incompossibilitas virtutis loci topici, sic oppositum in
proposito ita propositum in proposito, sequitur ergo, si generatio acti-
va est compossibilis cum spiratione passiva, generatio passiva erit
incompossibilis cum spiratione passiva; Verum quicquid sit de
virtute huius loci topici, ista hoc argumentum laborat eodem
vitio, quo alia jam relata, assumit enim in minori, quod ex hy-
pothesi ponatur spiratio activa incommunicabilis Filio, hoc mil-
lies negat, ut supponitur quidem ex vi hypothesi non com-
municata Filio, non tamen incommunicabilis ferre inculcat, & c.

Tertio, si Filius ex hypothesi non spirat Sp. S. ergo auferetur
ab eo inspirabilitas; ergo in Filio ponitur spirabilitas, quare, &
spiratur; probat primam consequentiam, quia per hypostasi
aufertur spiratio activa, quae est fundamentum proximum inspi-
rabilitatis, ergo auferetur quoque inspirabilitas; consequentia se-
cunda patet, quia, quae auferitur negatio, in eo ponitur affir-
matio, cum contradictoria sunt immediata circa quodlibet ex 4.
Met. 29. Deinde, sicut se habet generatio activa ad generationem
passivam, sic spiratio activa ad spirationem passivam; ergo per-
mutatim, sicut generatio activa ad spirationem activam, ita ge-
neratio passiva ad spirationem passivam, sed ex hypothesi ge-
neratio activa, & spiratio activa, sunt aequae incommunicabiles,
& tamen compossibiles in eadem hypostasi; ergo etiam genera-
tio passiva, & spiratio passiva erunt aequae incommunicabiles atque
etiam compossibiles in eadem hypostasi. Rursus, si in divinis
spiratio activa ponatur prior productio, quam generatio acti-
va, tunc per Scot. 1. d. 26. q. 1. generatio activa mutaret suam ra-
tionem formalem, & de incommunicabili fieret communica-
bilis, atque spiratio activa fieret de communicabili incommuni-
cabilis; ergo cum stante hypothesi nostra ratio spirationis pas-
sivae, atque etiam spirationis activae mutetur formaliter propter
varietatem principii spirativi, & conditionis eius, quae duo sunt
incommunicabilia Filio, ergo spiratio passiva fiet de incommuni-
cabili incommunicabilis, sicut spiratio activa fiet de communi-
cabili incommunicabilis. Demum mutatio, & varietas est ex
opposito in oppositum, sed variaretur per hypothesim, muta-
returque ratio formalis spirationis passivae, ergo fieret spiratio
passiva ex ratione incommunicabili communicabilis Filio.

Resp. negando consequentiam, ad cuius probationem nego
inspirabilitatem adaequate fundari super activam spirationem,
fundatur enim quoque super generationem passivam, quia idem
nequit produci duabus productionibus totalibus, unde si semel
produciatur per generationem, nequit rursus produci per spirationem;
& illam consequentiam non tenere, patet Ferchius ipse n. 97. ubi in secunda responsione concedit, quod si Patet per

impossibile non spiraret, Sp. S. adhuc futurum ab eo distinctum.
Ad 2. argumentum illud à comutata proportione non habet in
proposito debitas condiciones, quas docet Doctor 1. d. 3. q. 7. quoniam,
Kaloquin sequeretur, quod sicut de facto generatio passiva, &
spiratio passiva sunt aequae incommunicabiles, & incompossibiles
in eadem hypostasi, sic generatio activa, & spiratio activa
erunt aequae incommunicabiles, & incompossibiles in eadem hypo-
stasi, sed permissa etiam argumenti forma, adhuc non concludit,
quia interu. falso supponit, quod ex hypothesi spiratio acti-
va fiat incommunicabilis Filio, sicut activa generatio supponit-
tur enim tantum non actu communicatam verò incommuni-
cabilis. Ad 3. & 4. supponitur eadem sententia in minori, quod ne-
pe ex hypothesi varietur principium spirativum, ut eius intrin-
seca conditio, nulla enim sequitur talis variatio per locum in-
trinsecum, ut dictum est art. 1. etenim principium spirativum
est voluntas fecunda eadem omnino numero in Patre, & Filio,
& conditio necessaria requisita non est dualitas, aut pluralitas
suppositorum, sed quod sit in supposito convenienti cum ordi-
ne prioritatis ad actum, sive sit unum solum, sive duo. Demum
argumentum sextum, & septimum, quae Ferchius adducit in eo-
dem cap. 7. nu. 77. & 78. quia non pertinent ad hoc medium de-
sumptum ex compossibilitate relationum disparatarum, cui
necititur tertia obiectio posita nu. 275. sed ad medium desumptum
ex oppositione originum, cui nectitur secunda obiectio posita n.
277. ideo ut ordinate procederemus in solvendis objectionibus
sub ea obiectioe adducta, & soluta nu. 272. & 273. atque
ita partim art. 2. huius quaest. partim art. 4. & 5. habes soluta ar-
gumenta omnia ab hoc Authore congeila, & conglomerata
contra nostram sententiam, ut si non rationum pondere, sal-
tem numero eam obrueret.

OBJECTIO QUARTA.

Ex variatione divinarum productionum ex hypothesi.

294 Quarto principaliter arguitur, quia ex hypothesi sequitur
per locum intrinsecum, non remanent easdem omnino
personas Filii, & Sp. S. quae de facto sunt, & consequenter ex
hypothesi non futuris distinctas, sicut modo sunt; & conse-
quentia patet, quia distinctio est passio entis, ergo si non essent
eadem numero personae, quae modo sunt, nec consequenter esse
modo distinctae. Antecedens quoad primam partem de Filio pro-
bat, quia haec filiationis talis est voluntas divina illi conjuncta
ut sit secunda sic habeatque rationem spirativae virtutis, seu
conditionem requisitam in principio, quoad ad spirandum, sed
posita hypothesi quae tioneis non esset conditio talis, ergo non esset
eadem numero relatio, quae modo est, adeoque Filius non esset
idē relatum, quod modo est, tali relatione constitutus; Quoad
aliam partem de Sp. S. probatur, quia per se numero relatio spir-
ationis passivae, & Sp. S. constituitur, per se respicit tanquam ter-
minum adaequatum Patris, & Filium spirantes; ergo cum ex hy-
pothesi solum Patrem respiciat, non potest eadem remanere, quia
sublatum per se termino relationis non manet eadem numero rela-
tio, adeoque nec relativum tali relatione formaliter constituitur.

295 Resp. ad hoc consistere ex dictis art. 1. nu. 191. falsum esse assu-
ptum, quod Filius, & Sp. S. varietur ex vi hypothesi per locum
intrinsecum personaliter quoad substantiam, variantur enim
solum quoad aliquam rationem accidentalem, quae tollitur ex
ipso, quod aliqua spiratio praeceditur a Filio, quae est si velati
adventitia, cum ipsum in esse personaliter non constituat, unde
neque ex hypothesi tolleretur distinctio personalis per se, &
primaria, quae oritur ex eorum per se constitutivis, sed tantum
distinctio secundaria, & eodem modo, quae modo inter eos repe-
ritur, quatenus Sp. S. Patre, & Filio procedit; Ad primam proba-
tionem de Filio falsum est, si filiationem per se pertinet ad prin-
cipium passivae spirationis, vel tanquam partem ratione spir-
ationis, aut saltem tanquam conditionem per se requisitam, & per
locum intrinsecum exigatam ad principium spirativum, ad hoc
enim aliud per se non requiritur, quam quod voluntas fecunda
sit in supposito uno vel pluribus ab ordine prioritatis ad actum,
unde unitas, vel pluralitas suppositorum ad hoc meret per acci-
dens se habet. Ad aliam probationem de Sp. S. falsum, pariter est
constitutum modo per relationem ad Patrem, & Filium, ut plures,
& tales sunt, enim per se termino formalis respicit solum. Spi-
rationem, quae aequae bene in uno supposito salvatur, aut duobus,
neque Paternitas, & Filio nunc sunt ulla modo ratio, aut forma-
lis, aut fundamentalis terminandi passivam spirationem, sed
fundamentalis est voluntas fecunda, formalis verò ipsa activa
spiratio, relatio autem Paternitatis, & Filiationis solum con-
stituunt rem, quae terminat, ut Quoad, ad quam rem sub praeci-
sione terminantur spirationem passivam quasi per accidens est,
quod sit constituta Paternitate, & Filiatione, & solum per se est,
quod sit suppositum subsistens in hac virtute spirandi, prius
quam Sp. S. productum subsistatur, quodcumque sit illud suppo-
sitionum, sive Patre, sive Filio, sive unum, sive duo. Sed instat
Suarez, cuius est relatum argumentum, vel Verbum per se, & ab
intrinseco procedit prius origine a Patre, quam Sp. S. vel solum

prius ratione sine aliquo ordine naturae; in primum dicitur, hoc
ipso necessario sequitur per locum ab intrinseco Sp. S. procedere
a Filio, quia prioritas originis nihil aliud est, nisi unum esse
ab alio, non potest ergo Verbum procedere prius origine, quam
sit principium Spir. Sancti. Resp. iam dictum esse art. cit. ordi-
nem illum originis inter Filium, & Spir. Sanctum esse extrin-
secum, & per se impertinentem ad primam formalem indivi-
duationem illam personarum, unde modo procedit ab utroque;
quia vis spirativa prius naturaliter, quae concipitur conjuncta
actui spirandi, supponitur communicata Filio, quare cum talis
prioritas originis Filio conveniat, non ex ratione intrinseca Fi-
lii, sed ex ordine fecunditatis, quatenus sicut intellectus volun-
tatem praecedit in ratione operativi, illa etiam in ratione
productivi, negatur consequenter, in argumento illatum, unde dicebatur
n. 199. in fine, quod si per impossibile Pater prius produce-
ret per voluntatem, quam per intellectum, adhuc terminus per
voluntatem secundam productum esset Sp. S. & non Verbum, &
productus per intellectum esset Filius, & non Sp. S. Tunc quia
etiam si concedamus Verbum ex sui natura petere, ut praecedat
amorem, & non tantum ex ordine potentiarum, atque ita Filius
in divinis petat prius origine procedere a Patre, quam Sp. S. non
adhuc hinc sequitur per locum intrinsecum, quod Verbum per
se sit Sp. S. productivum principium, nam in nobis ita verbum
praecedit productionem amoris, & tamen non est principium
productivum amoris, sed solum praeceditur conditio ad amorem
praerequisita applicans voluntati obiectum amoris, unde
ex ratione Verbi, & amoris, ut sic, non deducitur per locum in-
trinsecum, Verbum divinum esse principium per se productivum
amoris procedens in Deo, sed ad summum esse conditionis, si-
ne qua non Pater producat amorem; vide dicta nu. 201. in fine.

Sed instat Recentiores communitur contra illam respon-
sionem Sp. S. ex vi suae proprietatis personalis peti procedere
a Patre, & Filio, ut sunt duo supposita, adeo ut in ejus principio,
Quod, per se includatur aliqua distinctio, & pluralitas suppo-
sitorum productivum, ergo ex hypothesi, quod a solo Patre pro-
cederet, non remaneret eadem persona, quae modo; assumptum
probat multipliciter, primo quae ex Aug. 6. de Trin. cap. 16. &
Concil. Tol. 1. & aliis Patribus Sp. S. exigunt sit unum, & ne-
xus Patris, & Filii, at nexus non est aliorum, nisi in quantum
sunt distincti; ergo procedit ab eis in quantum plures, & distin-
cti. Tum 2. procedit necessario a Patre, & Filio; ergo in quantum
tales sunt, atque ita plures, & distincti. Tum 2. quia ex vi suo
proprietatis est tertia persona; ergo intrinsece supponit duas,
a quibus procedit, Tum 4. productio Verbi praesupponit ad
productionem amoris, sed Verbum importat distinctionem
suae productivae; ergo per se requiritur ad productionem Sp. S.
qui est amor, & distinctio in principio productivo. Tum 5. genitum
& spiritum procedunt ordine quodam in divinis, &
hic ordo non est, nisi originis; sed hic importat unum esse ab
alio; ergo, Tum tandem spiratio est actio personalis, ergo con-
venit Patri, & Filio, ut sunt personae, sed ut persona sunt dis-
tinctae; ergo provenit ab eis, ut sunt distinctae.

Resp. negando assumptum, utique de facto, uti loquuntur
Patres, & Sp. S. est nexus Patris, & Filii, quatenus isti in Sp. S. ut
in communi productio necantur, id tamen ex ratione, & in-
trinseca proprietate Sp. S. minime provenit, quod sic petat ab in-
trinseco producti, sed ex ordine fecunditatis; quare data hypo-
thesi variaretur utique Sp. S. quoad hanc rationem accidentalem,
quod est esse nexum, & communicationem Patris cum filio
in communi productio, sed non ob id variaretur ratio formalis, &
intrinseca ejus, cum esse nexum, & communicationem non spec-
det ad intrinsecam rationem Sp. S. Ad 2. antecedens est verum
de necessitate extrinseca sumpta ex ordine fecunditatis, atque
ideo negatur consequentia, quia non procedit ab eis in quantum
Pater, & filius sunt, sed ut sunt unus spirator, & ut habent unam
virtutem productivam. Ad 3. per se loquendo Sp. S. intrinsece
habet, quod sit persona procedens per modum amoris; quod verò
sit tertia, non habet ex sua ratione intrinseca, sed convenit illi
propter ordinem fecunditatis, tunc quia potest etiam esse tertia,
si ab una ceterum procederet, ita ut a solo Patre prius produceretur
Verbum, deinde Sp. S. sicut in nobis amor, posterius Verbo pro-
ducitur, etiam si a Verbo non produceretur, quia ordinatur ad in-
vicem in ratione prioris, & posterioris effectus, non autem in ra-
tione causae, & effectus. Ad 4. major est vera de necessitate ex-
trinseca ex ordine fecunditatis suborta, & quod Verbi pro-
ducatur amorem, nec per se est de ratione Verbi, nec de ratione
amoris, ut patet in nobis ubi amor a Verbo non produci-
tur, etiam si ad ejus productionem praerequiratur. Ad 5. genitum
praecedit spiritum ex solo ordine fecunditatis, non autem ex
ratione intrinseca geniti & spirati, ut sic; & quando etiam in-
ter se talem peterent subordinationem, hec tamen necessitas
non est per modum principii, & principiatu, quasi fit de ratio-
ne intrinseca spirati, quod praesupponat genitum ab eo proce-
dat, nam sufficit tantum, quod inter se ordinentur in ratione
prin-

explicato num. 302. hoc tamen mordicus negant. Adversarii, quibus non parum faveat Concil. Flor. cit. n. 303. dum ait, proferentes, Sp.S. à solo Patre procedere, partitionem imaginari divine substantiæ, quod non alio sensu videtur posse intelligi, quam quod in eo casu non communicetur Filio virtus spiritalis, seu voluntas secunda quoad omnia positiva, quæ involvit illa virtus, & voluntas; Neque solutio ad 2. subsistit, quoniam ex hoc, quod facillis, & obvia erat illa responsio ad argumentum Thom. & tamen Scotus eam parviscit, evidenter deductur, eam non judicasse sufficientem; vel saltem licet esset bona, & sufficiens, deducitur, non esse ad intentionem Doctoris; Quando verò addit, ipsam Scoti responsionem cum sua coincidere, quia in eo casu Filius non distingueretur à Sp. S. per relationes formaliter oppositas, sed disparatas incompatibiles, jam à sua solutione recedit, & aperte fatetur, in eo casu non per hoc præcisè Filium à Sp. S. realiter distingui, quia possit illum producere, ut hoc importat relationes oppositas producentis, & producti, sed quatenus adhuc Filius per talem relationem disparatam constitueretur, per quam sufficienter feceretur à Sp. S. & per eam constituitur posset Spiritum S. producere, si supponatur habere principium, quo, sufficiens illum producendi, in quo sensu verissimum est, in eo casu adhuc Filium fore distinctum à Sp. S. quia potest illum producere, quatenus ex hoc ipso jam supponitur esse alia persona à Sp. S. & per diversam relationem disparatam constitutus in esse personali. Et hinc etiam evincitur tertia solutio, & in quo sensu sit vera ostenditur; Petrus enim v.g. tantum censetur realiter distinctus à Paulo, quem potest producere, quia supponitur per aliã differentiam individuaalem constitutus in esse ab ea, qua constituitur Paulus, cum idem nequeat seipsum producere, unde actualem illam distinctionem Petri à Paulo, quem producere potest, non facit ipsa possibilis productio, sed supponit; & si non formaliter, sed solum arguitive colligimus, causam existentem distinguere realiter ab effectu ab ipsa producibili, quatenus hinc arguimus, esse constitutam in suo esse individuali per aliam differentiam ab ea, qua constituitur effectus ab ea producibilis; Unde falsum omnino est, quod oppositio possibilis producentis, & producti non faciat ipsa tantum possibiliter distincta, sed actu, si actu existunt cum tali proportione, ut unum ab altero possit produci; ratio est, quia ex 2. Phys. causa in actu, & effectus in actu simul sunt, & non sunt; ergo si producat, & productum præcisè ex tali oppositione distinguuntur, qualis erit oppositio, talis erit distinctio, adeo ut si oppositio est solum in potentia, distinctio erit tantum in potentia; nec distinctio poterit esse actualis, nisi, & oppositio sit actualis; Et cum dicebatur, quod quæcumque actu existunt, & ita se habent, ut unum ab altero produci possit, quamvis actu non producat, actualissime distinguuntur; hoc utique verum est; at hæc actualis distinctio non sumitur ex hoc, quod unum ab altero produci possit formaliter ob rationem allatam, sed tantum arguitive, quatenus utrumque istorum supponitur per diversam differentiam individuaalem constitutum in esse, quia idem nequit seipsum producere; & per tales differentias individuales, quæ sunt actu, dicuntur actualiter distinguuntur, non autem per oppositionem possibilem, ob quam unum dicitur posse ab alio produci, unde illa est prima, & immediata ratio distinctionis, ut dixi n. 255.

306 Tandem non minus evidenter evincitur responsio ad impugnationem secunde solutionis, in qua dicebat, descriptam esse à Scot. & Scotist. per ea signa omnem distinctionem realem possibilem, non verò distinctionem omnem, quæ daretur in casu impossibili, qualis est casus propositus; instabam, hæc solutio esse falsam, quia distinctio, quam admittit Scot. inter Filium, & Sp. S. non esset fictitia, & comentitia, sicut casus ille responderet modo Poncius, concedendo totum, quamvis enim casus ille sit fictitius, tamen adhuc distinctio esset realis, non fictitia, ut ego infero ex eius solutione; Sed contra evidenter, nam in prima solutione inquit, per ea signa à Scotist. describi omnem distinctionem realem possibilem; vel igitur illa, quæ daretur in eo casu inter Filium, & Sp. S. esset realis, vel fictitia; si secundum, habetur intentum; si primum, ergo per ea signa non descripterunt Scotistæ omnem distinctionem realem possibilem, quia hæc quoque est realis, & possibilis, licet in casu impossibili; aut si omnem descripterunt, ista non erit realis, & verum, tum quia ut constat ex mea responsione ad difficultatem principalem data n. 303. falsum est, sub ea descriptione non contineri distinctionem realem personalem, quæ adhuc inter Filium, & Sp. S. intercederet in eo casu. Ut autem aperte constet, responsionem nullam ex duabus datis à Poncio ad principalem difficultatem

esse sufficientem etiam ex ipsius testimonio, videri potest idem Auctor disp. 10. Cursum Theolog. q. 2. n. 27. ubi illud idem affert argumentum, quod omnia in divinis sunt unum, ubi non obviat relationis oppositio; sed in casu questionis non obviaret aliqua oppositio inter Filium, & Sp. S. quia non se haberent, ut producat, & productum, ergo &c. Cui difficultati tres affert solutiones optimas in doctrina Scoti fundatas, quod tunc adhuc adesset oppositio, seu repugnantia relationum disparatarum; & tamen eam non invenies, quam attulit in Metaphysica, à me impugnatam, quod scilicet in tali casu adhuc realiter distinguerentur Filius, & Sp. S. quia licet Filius tunc actu non produceret Sp. S. posset tamen producere, quæ productio possibilis sufficeret ad realem distinctionem unius ab alio; si ergo hæc responsio bona est, ut hic contendit; cur eam quod non assignavit disp. 10. cit. n. 27. qui erat locus proprius huius materiæ; & cum tres assignaverit responsiones n. 28. cur huius non meminit, præsertim cum eam deserit in Metaph. Hinc constat, verum esse, quod adnotavi disp. 2. q. 3. ar. 1. n. 306. Poncium majori facta reflexione ex objectionibus meis multa tacite retractare in Theologia ex his, quæ dixerat in Philosophia, ac magis accomodate idiomati Scotico; & rursus hinc colligitur, quamplura à Poncio defendi contra meas impugnationes, tum in appendice apologetica, tum in additionibus nuper adjectis Cursum Philosophico, studio potius, & affectu propriæ propugnandæ sententiæ, quam veritatis defendendæ, cum videamus, in Theologia in solvendis difficultatibus non amplius uti suis illis doctrinis à me impugnatæ, & ab eo utcumque propugnatis, sed communi doctrinæ Scotist. cui si semel firmiter ad hæssit in Philosophia, maturiori super eam reflexione facta, non esset varius in Theologia in solvendis eisdem difficultatibus; unde potiori ratione possem ei obijcere, quod mihi sepe solet, quod inadvertenter, distractè, minus accurate, & sine sufficienti reflexione pleraque scripserit, præsertim quando à communi Scotist. discedit, at Deo non placeat, quod unquam hæc scurrilla à calamo meo exarata legantur; quæ tamen, & valde fetidiora leguntur passim apud ipsum, unde in additione citata (quod valde notandum est) propè finem dolens, incuria Typographorum perditum esse integrum discursum contra quandam meam doctrinam factum: ut illa lacuna impleteretur, inquit, coactum esse eo loco quandam adnotationem adjicere, quæ tota conviciis scateret, & contumeliis, ut nempe discursus perditus, contra meam doctrinam suppleretur per alium contra personam, qui plane non nisi ex fetida, & lutulenta lacuna, vel latrina prodire poterat: Sed ob quam fatuus fuisset, illam implere vacuitatem solida doctrina, & non vana scurrillitate fedare, ut sic repleta illius pagine vacuæ diceretur columna, & non lacuna, in qua non nisi garrula rana latent, ut pretereuntibus obstrepat: at repetam, quod alias dixi, convicia non lacefieri, sed obstrepatentis vitia ostendere, neque arguentium nodos, sed respondentium mores dissolutos indicare. Scitè P. Causinus inter Auctores graves, & garrulos illud agnovit discrimen, quale inter strepentes rivos cernimus, amnesque profundos: isti namque ob aquarum copiam alto sub silentio, ac sine murmure dilabuntur, illi verò ob earundem penuriam, & modicitatem perpetuò strepunt, & obmurmurant.

Hæc sunt, quæ in materiæ primi Sententiarum, seu in primam partem integro triennio pro modulo nostro lucubravi, quæ si fuse nimis, & prolixè cuipiam discussa videbuntur, revocet in mentem nostrum scribendi institutum, quod ab initio operis Lectori proposuimus, & veniam dabit; Neque enim mensuit, simplicem, & perfunctoriam Cursum Theologicum juxta Scholam nostram concinnare: sed solas, atque præcipuas cujuscumque Theologici tractatus controversias, & præsertim hæc nostra tempestate ferventes pro dignitate discutere: neque cum uno, vel altero Adversario differere, sed cum præcipuis Recentioribus, tum ex Societate, tum ex Dominicana familia oriundis, aut alterius Scholæ, & instituti; ac etiam interdum cum nostris, si quando à recto tramite Scotico exorbitare videantur; neque unam, vel alteram eorum responsionem propululare, vel objectionem dissolvere, sed singulas singulorum. Ut hinc Nostrates, veluti ex communi armentario Scotico, tum defensiva, tum offensiva, prout postulaverit occasio, atque deprimere possint. Quod si votis succederit, divinæ sapientiæ, & inconcusis doctrinæ Scoticæ fundamentis adscribendum erit: sin minus, tenuitati nostræ, quam, ut Lector sua fovet benignitate, & comitate, enixè exoramus, dum interim Disputationes in Secundum Sententiarum, & in Primam Secundæ incunctanter paramus.

